



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLXXVIII. Der Hochmeister von Preußen bestätigt dem Kloster Oliwa die
von dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg erhaltenen
Verleihungen, am 31. October 1342.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

parochia vestra cum septem schabinis nostris sub pena tede et rescicionis requiri faciatis, ut nos cum tanta fortitudine hominum et curuum, sicuti a nobis requisiti fuerint, sequantur, ita quod feria secunda proxima hora missæ finaliter sint constituti; nam dominus de swartzeburch una cum domino de redefach, officiali domini marchionis, ad civitatem lybeke cum quadringentis viris galeatis in perditionem nostram et tocius terre holtzacie venerunt, Expensas vestras ad quindenam semper habentes. Scitote, si non ad presens ad nostram expeditionem venerint, recordabimus tempore et loco requirente. Scriptum wenersmolem sub sigillo nostro, sabbato post assumptionem virginis.

Aus der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urkunden-Sammlung II, 108. 109.

DCCLXXVIII. Der Hochmeister von Preußen bestätigt dem Kloster Oliwa die von dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg erhaltenen Verleihungen, am 31. October 1342.

In nomine domini. Nos frater Ludolfus König, ordinis fratrum hospitalis beate Marie domus Theutonic. Iherosolimitani magister generalis — abbatem et conuentum monasterii de Olyua Cisterc. ord. Wladislauensis dyocesis in terra nostra Pomeranie — in nostram nostrique ordinis specialem recipimus protectionem — donationes, libertates, possessiones, predia, iura et gratias, ipsis ab illustribus principibus quondam terre Pomeranie Ducibus, nec non a Serenissimo principe domino Wenceslao Bohemie et Polonie quondam Rege seniore atque magnifico Principe domino Wenceslao eiusdem filio, eorundem Regnorum posthec Rege gloriosissimo, et precipue a religiosiis viris fratre Karolo et fratre Ludero ordinis nostri quondam generalibus magistris et ab inclito principe domino Woldemaro, quondam Marchione de Brandenburg, ipsis factas, datas et confirmatas, gratas et ratas habentes —. Datum et actum Marienburg, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, in vigilia omnium sanctorum. —

Aus einer ungedruckten Urkunde.

DCCLXXIX. Markgraf Ludwig nimmt Buffo von Alvensleben zu Erleben für den Krieg gegen Braunschweig in seinen Dienst und verpflichtet ihn zur Oeffnung seines Schlosses Erleben, am 13. Mai 1343.

Wyr Ludowig etc., Bekennen an disseme oppen briue, dat wi to dienste genomen hebben hern henken von aluensleue vnd hern Buffe sin son, Hannes vnd Henneke, ere feteren. Wi wollen vnd schollen si ires rechten vorthedyngge kegen alleswen, dar its in not ist: Vnd schollen ok ires rechtes gewaldik wesen. Wy schollen ok sie bi rechte behalden. Sie schollen ok vs to dinste fitze vnde behulpe wese mit irme huse to arkefleue gegen den von Brunswig in disseme orloyge, dat wi nu mit en hebben